



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.  
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo  
Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

**Bero, Agostino**

**Venetiis, 1577**

Consilivm IIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96538](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96538)

mente Abb. in d. c. 1. circa si. uer. Sed quia dixi: & hæc est communis opinio scribentium in d. c. pe. ut ibi per Io. And. per ea, quæ habentur in c. cum plures. de offi. dele. in 6. Bald. in l. si quis postea. ff. de iud. & in l. cum quodam. ff. de iur. om. iu. per d. l. pe. C. ne de statu defun. do. & Arch. in c. non ita. 2. q. 6. Frustratoria. n. citatio. & non aratoria iurisdictionem iudicis non perpetuat quoad partē, & quoad aliū iudicē, ut eius iurisdictione præuenta dicatur c. bonæ. in fi. de elec. & faciunt no. per Ioan. And. in addi. ad Spe. in ti. de libelli obla. in §. nunc uideamus. & Mar. Soc. in c. proposuisti alias in d. c. pe. col. 3. uer. quinto quero. de for. cōp. & ideo si ex forma statutorum necessaria esset duplex citatio ad domum, si iudex post rescripti præsentationem citacionem ad domum commississet, uel una tñ citatio ad domum facta fuisset, iurisdictione nō dicitur perpetuata quoad partem, & quoad alium iudicem, ut eius iurisdictione esset præuenta, cum una tñ citatio ad domum non arctaret citatum per prædictā, quo uero ad effectū, ut iurisdictione delegati esset perpetuata quoad ipsum iudicem, ut morte delegantis nō posset extingui, sufficeret utique sola commissio citacionis, uel una tñ citatio ad domum: & secundum hæc ultimo loco dicta procedunt allegata per aduocatum partis aduersæ, at nos sumus in casu præcedenti, ergo iurisdictione dñi iudicis à Reuerendissimo do. Legato in hac causa dati præuenta dici non pot. ¶ Et hæc cōtinentur in terminis nostris ex iis, quæ in iudicio uoluit dñi de Rota in decisionibus collectis per d. Bernardum de Bisigneto sub rub. de off. de leg. i. sub d. rub. in antiquis, ubi concludunt, q̄ ex sola citacionis commissione iurisdictione perpetuatur quoad iudicem, cui rescriptum fuit præsentatum, nō autem quoad partem aduersam, nec quoad alium iudicem postea ab ipa impetratum, & ibi ponitur exemplum casu nostro propriè, & uerè conueniens, q̄ inspiciatur, quia ibi casum decisionis habemus. ¶ Corroborantur præmissa ex ijs, q̄ quæ ponit Maria. Soci. in d. e. proposuisti. in d. 3. col. in uer. 4. qui quoad propositū differentiam facit, an iurisdictione dicatur perpetuari quoad iudicem tñ, an etiam quoad partē aduersam, eiusq̄ iudicē, primo enim casu dicitur perpetuatio, de quo nos non querimus, alio uero dicitur præuentione, & prima per solum decretum citacionis, uel per citationem inuallidam, & nondum perfectam fieri dicitur. Secunda uero exposcit ueram, & legitimam, ac perfectam, & ualidam citationem, quæ in casu occurrenti ex parte iudicis delegati apostolici non interuenit, & ideo iurisdictione secūdi iudicis dati in rescripto Reuerendissimi d. Legati præferenda est, & attendenda, ex quo ipse in exercendo iurisdictionem præuenit, ut in alijs allegationibus cuiusdam uiri doctissimi prius exhibitis dictum fuit, & prædicta sunt etiam de mente Bal. in addi. ad Spe. in ti. de citatione, circa si. & secundum hæc, quæ dicta sunt debet intelligi, & declarari tex. in l. contra pupillum. §. si cum ibi not. ff. de re iud. ac etiam id, quod uoluit Spe. in ti. de compe. iud. adit. in §. si. Ex his itaq; constat, q̄ allegata in oppositum per aduocatum partis aduersæ parū faciunt, qm̄ procedunt quoad perpetuandam iurisdictione iudicis, non autem quoad præueniendum iurisdictione alterius iudicis, inter quæ magna est differentia, ut passim doctores nostri distinguunt. Cætera suppleat eximius do. iudex, cui me, & causam huius pauperulæ plurimum comendo. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Dicitio iniuicem, & uicissim quid importet.
- 2 Impetrans non potest gratia concessa gaudere, nisi conditionem, et

- formam in rescripto positam obseruet.
- 3 Conditionalis actus, conditione non adimpleta, habetur, ac si non esset factus.
- 4 Condicio de cauendo sibi iniuicem est à pluribus adimplenda, nec ad commodum dispositionis consequendum ab uno tantum adimpleri sufficit: & an id sit uerum nu. 6. & 7. vsq; ad nume. 10.
- 5 Condicio cauendi de se iniuicem non offendendo quoddam indiuiduū continet, & pluribus adiecta debet ab omnibus adimpleri.
- 6 Et an in singularitates resoluti possit, ut ea ab altero tantum adimpleta, dispositio, & gratia quoad adimplentem locum habeat.
- 7 Condicio indiuiduum factum continens pluribus imposita, quando ab omnibus debet adimpleri, & quando ab uno tantum sufficiat, & nu. 10.
- 8 Facta omnia sui natura in se indiuidua sunt quoad contractum diuidua.
- 9 Condicio alicuius facti pluribus apposta dicitur facta plurax, & diuersa continere.
- 11 Causa qualibet etiā iniusta excusat à dolo, & pena doli, ac banni.

E P I T O M E.

RES C R I P T O salui conductus concessio sub hac forma, data prius idonea cautione de se iniuicem nō offendendo, concedimus, per oratorem tantum cautionem de non offendendo aduersarios plenè satisfactum, ut is gratia, & saluocōductu liberè, ac tūtè possit gaudere, et si aduersarij nondum sūt cauerint.

C O N S I L I U M I I I.



V M in hac causa præsul Reuerendissime, ac iustissime coram uiro doctissimo uerba sunt faciendā, paucis utar, tota enim presentis consultationis uis consistere uideatur in uerbis rescripti, & signaturæ, quibus rescribens usus fuit, dicēdo, data prius idonea cautione de se iniuicem non offendendo, concedimus ad beneplacitum, an præfatæ signaturæ per cautionem de non offendendo solum ab ipso oratore præstitam satisfactū dicatur: & non esse satisfactū an uideretur quippe prima facie dicendum, quia huiusmodi signaturæ uerba, quæ sunt ablatiui casus, conditionem important l. à testatore. cum si. ff. de condi. & dem. & cōditiones sunt ueræ, & ad unguem adimplendæ iuribus uulgariis. Ergo illa uerba ad effectum consequendi gratiam saluiconductus perfectè, & ad unguem adimplenda erāt, quod quidem factum non fuit, quamuis orator ipse solus cautionem de non offendendo aduersarios præstitit, nam propter hoc uerum non est, cautionem de se iniuicem non offendendo prius præstitam fuisse, qm̄ iudicio iniuicem apposta importat, q̄ orator aduersariis, & cōtra aduersarij ipsi oratori prius, & ante omnia cautionem de se non offendendo præstare deberent, arg. l. si tibi. ff. de usufr. earum rerum, quæ usu cōsum. & l. qui iniuicem. ff. de condi. inde. item denotat actum, seu personarum uicissitudinem, & reciprocauionem. l. i. C. de his, qui ante aper. tab. l. i. C. unde uir & uxor, & l. 2. de impub. & alijs substi. cum simili. idemque significat, quod uicissim. l. de fidei cōmissio. C. de tranf. c. 1. de mutuis peti. & auth. & consequenter. C. de sen. & interlo. om. iu. uicissim autem fieri id dicitur, quod reciprocè sit, ut si te conueniam, tu me recōuenias. Cum igitur reciproca cautio præstita nō fuerit, conditionalis signaturæ non debet dici adimpleta, ergo orator ipse indignus gratia cōcessa est reputandus, qm̄ i forma, & consequente condicio, quæ forma quædam dē, in rescriptis apposta est obseruanda ad hoc, ut impetrans gratia concessa gaudere possit c. cum dilecta. extra de refer. Item i actus conditionalis, cōditione non adimpleta, habetur perinde, ac si non esset factus l. si quis iudum. ff. de cōrah. emp. sed si in casu occurrenti saluus conductus non fuisset concessus, Ioannes Baptista bannitus potuisset capi,

capi, & contra eum banni exequutio fieri, ergo idem dicendum est, stante concessione conditionali, quæ culpa, & factio oratoris purificata nõ fuit. ¶ Præterea ¶ cum prædicta conditio de cauendo de se inuicẽ nõ offendendo esset à pluribus adimplenda, hoc est ab vtraq; parte, satis nõ fuit ab altera parte, & sic ab vno tantum adimpleri ad commodum gratiæ, & dispositionis consequendum, vt est glo. in l. si quis legata. in si. ff. de condi. & dem. ¶ Rigor ad hæc verborum significat, qd hinc inde præstita fuerit cautio, & orator gratia potiri non deberet, nisi ab vtraq; parte cautio fuisset præstita, hoc. n. videbatur quoddam indiuiduum, quod pro parte adimpleri non sufficiebat, vt est text. in l. pen. in prin. ff. de condi. & dem. & prædicta maxime vera sunt, quia hæc fuisse mens dñi concedentis vñ, ne in ciuitate rixas fieri, & mala perpetrari contingeret, & ideo conditio illa erat ab vtraq; parte adimplenda. l. tales conditiones. in prin. ff. de condi. & dem. & in l. si ita fuerit seruus. ff. de manum. test. ¶ Sed tamen præmissis non obstantibus, contrarium de iure uerius esse arbitror, qd hæc conditio factum hoc indiuiduum in se continens, quæ pluribus adiecta vñ det in duas singularitates resolui, vt in terminis propriis uolunt Cyn. Bar. & Sal. in primis uerbis, in l. si plures. C. de condi. in ser. argumento l. qui cõ cubinam. §. Stichus. ff. de leg. 3. & in l. falsa. in si. ff. de condi. & dem. & Bar. in l. pen. eo. ti. & sic perinde est, ac si in casu nostro R. D. rescribens dixisset, si Io. Bap. cauerit de non offendendo aduersarios suos, & contra si aduersarij cauerint de non offendendo ipsum Io. Bap. sed si ita fuisset rescriptum, absque dubio satis fuisset, dictum Ioan. Baptistam pro parte sua dictam cautionem in forma, & solemniter, prout in palatio fieri consuetum est, præstitisse ad effectum, vt gratia sibi concessa potiretur, nam, vt inquit Sal. in d. l. si plures. in 1. opposi. nemo ad impossibilia est cogendus. l. impossibilia. ff. de regu. iur. cum simi. & propterea sufficit, qd vnus ex pluribus, quibus conditio factum indiuiduum continens fuit adiecta, illam per se adimpleat, quamuis alius non adimpleat ad effectum, vt adimplens commodum, & effectum concessionis, & gratiæ consequatur, prout hoc legislatori æquum visum fuit, ut est casus in d. l. si plures. ¶ Nec obstat tex. in l. pen. in prin. & in §. i. ff. de condi. & dem. vbi conditio continens factum indiuiduum pluribus adiecta debet ab omnibus adimpleri. Quia hoc uerum est quoad effectum, ut omnibus commodum concessionis, seu dispositionis conditionalis acquiratur, ut ibi, sed quoad effectum, ut uni acquiratur, sufficit, quod ab illo fuerit adimpleta, d. l. si plures. per quem tex. declaratur d. l. pen. secundum Bar. ibi, & Imo. & Pau. de Cast. & hoc etiam clarè uoluit, & declarauit Sal. in l. q. dicens, quod quando commodum dispositionis est indiuiduum, uel uni tantum applicabile, aut æquiuabile, tunc sufficit, conditione factum indiuiduum, uel plura facta continentem inpositam pluribus ab illo fuisse adimpleram, sed in casu nostro concessio, & gratia continet commodum salui conductus, quod est indiuiduum, & uni tantum, hoc est Ioanni Baptistæ applicabile, ergo satis fuit ipsum solum ad effectum consequendi hoc commodum cauisse de non offendendo aduersarios, quauis illi è contra non cauerint. ¶ Præterea ¶ quamuis hoc factum non offedere in se dicatur esse indiuiduum, ad tradita per Bart. & omnes in l. 4. §. Cato. col. antep. ibique Alex. & alij, & in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de uerb. obli. dum tractant, an facta sint indiuidua, tamen cauere de non offendendo, prout sonat in contractum, & promissionem iuxta l. sancimus. cum ibi no. C. de uerb. signi. & l. consilio. in si. ff. de curato.

furio, dicitur esse factum diuiduum, quoniam omnia facta, quæ sui natura sunt in se indiuidua iuxta regulas postas per Bart. in d. l. stipulationes, non diuiduntur in 3. q. dicuntur, & sunt diuidua quoad contractum, & sic in casu nostro quoad actum cauendi de non offendendo dici debet diuiduum, Barto. in d. §. Cato. in 2. colum. & in d. l. stipulationes non diuiduntur. in 6. opposi. argumento. l. locus. ff. de acquiren. possessi. & Alex. in d. §. Cato. in 2. colum. & in d. l. stipulationes, non diuiduntur. in 4. colum. & ideo in casu, de quo agitur, uerum erit dicere, quod satis fuit Ioanni Baptistæ ad effectum consequendi gratiam saluiconductus ipsum solum cauisse de non offendendo, quamuis aduersarii non cauerint, cum cauere de nõ offendendo, prout hoc factum promissionis, & contractus continet, diuiduum in se dicatur, quia omnia facta quoad contractum sunt diuidua, ut in d. l. si quis legata. ff. de conditio. & demonstra. l. cui fundus. cum similibus. eodem titu. & expressè probatur secundum unam lecturam à Paulo de Cast. secundo loco relatum in d. l. si plures. ubi casus, & omnes. ¶ Et hanc conclusionem corrobore etiam præsupponendo, quod ¶ conditio de cauendo de se inuicem non offendendo, de qua in rescripto habetur, ita continet diuersa facta, sicut diuersis personis adiecta fuit, nam continet factum cautionis ipsius Ioannis Baptistæ, item & factum cautionis aduersariorum, cum adinuicem cauere deberent de se non offendendo, sicut conditio, si ascenderint capitolium, pluribus adiecta continet plura, & diuersa facta, & tot, quot sunt personæ, quibus ea fuit imposita, aliud enim est factum unius, & aliud est factum alterius. l. inter artifices. ff. de solutio. Pau. de Cast. in d. l. si plures. in 2. lectura, ibique Bart. & Salic. in princip. Modo hoc stante, ¶ quando conditio plura facta in se etiam indiuidua continens est adiecta pluribus, qualis est illa, si capitolium ascenderint, si cauerint, & alia similes, si ab vno fuit adimpleta, & ab alio non, vt quia unus cauerit, uel capitolium ascenderit, & alius non, tunc is, qui per se conditionem adimpleuit eo modo, quo solet, & debet adimpleri, consequi debet commodum concessionis, & dispositionis, quod ex concessione, purificata conditione, consequi debebat, nam adimplendo conditionem per se dicitur illam quoad factum suum purificasse, vt est casus in d. l. si plures. ibique Paul. de Cast. in 2. lectura, & hoc etiam expressè ibi uolunt Cyn. in 1. colum. in 2. opposi. & Barto. in princip. & in fin. uerficu. & gloss. prout illam præfati doctor. declarant, & est communis opinio: & in casu nostro iniquum esset expectare factum alterius, quoniam ille, qui per se adimpleuit, non potest cogere alium pro parte sua adimplere, nõ esset obligare aliquem ad impossibile, quod non est dicendum, vt ibi nor. declarat Salicet. in 1. opposi. & hæc iudicio omnium rectè intelligeretur optimè demonstrant, quod Ioan. Baptistæ adimpleuit, quicquid facere tenebatur ad finem perfectè obtinendi saluum conductum, & gratiam, illoque beneficio fruendi. Quare stante hoc saluiconducto nõ debuit capi, nec retineri ad effectum illum puniendi, cum propter gratiam saluiconductus sibi concessam à carcere, & à penna banni tutus factus esset; Vel saltem nullus est, qui aperto ore non confiteatur, quod ex deductis supra ipse Ioan. Baptistæ uirtute dicti saluiconductus iustam habere poterit causam ueniendi ad ciuitatem, & quilibet etiam peritissimus fuisset hoc modo deceptus, cum & iura, & doc. communiter in hæc partem inclinare uideantur, quod satis Ioanni Baptistæ fuerit ipsum cauere de non offendendo aduersarios suos ad effectum, ut gratia sibi concessa potiri posset, vel saltem, vt dictum est, quod à penna banni excusaretur, cum habuerit

habnerit iustam causam veniēdi, seu credendi, q̄ poterit ad ciuitatem venire: & ꝑ̄ qualibet causa ēt iniusta excusat à dolo, & à poena. Igitur. S. p̄t. ff. de libe. cau. gl. in l. i. in ff. de abigeis. & l. plagij. C. ad l. fauā. de plagia. bonus tex. in l. 3. S. si quis ignorans. ff. ad syl. lan. & Ang. magnus practicus. in l. i. circa fi. princip. ff. de eo, per quem fac. crit, dicit, q̄ qualibet credulitas etiam crassa, & fatua à poena doli excusat, quanto magis credulitas, quā prudentissimos fallere potuit, arg. l. 2. ff. de iuris. & fac. ignor. & idē Ang. in d. l. plagij. & in l. prator. §. hęc actio. ff. ui. bono. rap. pulcherimē inquit, q̄ propter temeritatem aliquo modo excusabilem quis non est puniendus, quia à dolo excusat. Hęc deduxi, ut ostēderem, q̄ saltem ipse Io. Baptista, qui putabat se esse saluum ob gratiam sibi cōcessā, & quam pro iurili sua adimpleuerat, reponendus, & relaxandus est, ut tutē à ciuitate Bononię recedere, & ad alia loca tuta se transferre possit. Superest respondendum iis, quā primo loco in contrarium allegata fuerunt, sed ex iis, quā ad fauorem Ioā. Baptistę secundo loco sunt adducta, unuquique rectē intelli gens responsum illis facile accommodare poterit, id longioribus uerbis non inistam, cum res corā doctissimo, & iustissimo uiro agatur. Laus Deo.

S V M M A E.

1. Locu unus, & idem duos non capit.
2. Homo unus, & idem loca duo diuersa uerē non potest occupare, sed solum improprie, & per fictionem.
3. Delegatus principis quando subdelegatum facere possit.
4. Et auditorem deputare, qui eius nomine tanquam nudus minister audiatur.
5. Etiam non interueniente consensu partium.
6. Quid, si causa illi commissā esset per hęc uerba, quod per se ipsum cognosceret, num. 11.
7. Iudex potest ex officio cauillationes partium repellere, & uiam, qua mediante causa possit legitime expediri, eligere, ubicunq; ex culpa, & defectu partis contingere posset iudicem in uanū laborare.
8. Iudex etiam contra iuris regulas ad expeditionem cause procedere potest, quando mora est periculum allatura.
9. Et in summarijs dilaciones iuris abbreviare, & litigantium cauillatio excludere potest.
10. Delegatus principis per hęc uerba, amplam tibi facultatem, locūq; & uices nostras committimus, potest in causa commissā facere omnia, quę ipse princeps delegans possit.
11. Bal. in c. fi. in prin. de offi. deleg. declaratur.
12. Geminitio uerborum in iure multum operatur.
13. Industria personę in commissione, et delegatione cāe, & negotij cū cognitione causę, & iurisdictione in dubio electa non censetur.
14. Et quando dicatur electa.

E P I T O M E.

Delegato alicui per principē in diuersis literis ad instantiam utriusque partis litigantium separatim datis examine testium ambarum partium, q̄ delegatus retento sibi examine unius partis, Auditorem deputare, uel subdelegatum facere possit, qui examen alterius recipiat, hic ostenditur.

C O N S I L I U M V.

**C**um per binas, & diuersas literas sacre Cæsareę Maiestatis fuerit commissum d. Gubernatori Mutinę examen plurium testium in causa corā eadem pendente, per alteras uideat ad petitionem, & instantiam agentium S. D. N. Papę examen testium pro parte Sacerdotatus suę examinandorum, & per alteras ad petitionem agentium Illustrissimi Ducis Ferrarię examen testium pro parte sua examinandorum, contingit nunc corā prætato D. Gubernatore dubitari, utrum ipse ualeat de-

putare unū auditorē, aut subdelegatū facere, q̄ recipiat examē, & dicta testium alterius partis. retento sibi examine alterius partis. Sed ego ipsum D. Gubernatorem posse hoc facere iuris certissimi esse arbitror, attento, q̄ is propter concursum harum duarum causarum, quę ipsi eodem tempore sunt commissę cognoscendę, & audiendę, non p̄t audientię, & cognitioni utriusq; interesse, quia sicut ꝑ̄ idem locus duos non capit, nam ubi ego sum, tu stare non potes. l. 3. S. ex cōtrario. ff. de acq. pos. & l. sicut certo. S. si duobus uehiculum. ff. cōmoda. ita ꝑ̄ unus, idemq; homo non potest duo loca diuersa uerē occupare, arg. l. optimā. C. de contrah. & cōmit. stipul. & S. item uerborum in fit. de inutil. stipul. sed solum improprie, & mediante fictione iuxta ea, quę habentur in l. si is, qui pro emptore. & ibi latē per Bar. & alios. ff. de usufruc. & ꝑ̄ ubi-  
 1. cunq; delegatus principis est impeditus, ut non ualeat per se interesse cognitioni causę, uel causarū ipsi commissarum aut propter multitudinem causarum, aut quia causę essent eodem tempore, & in diuersis locis cognoscendę, uel aliter non possent simul, & semel examini, & cognitioni causę interesse, tunc subdelegatū facere potest, qui eius uice de una, uel pluribus causis cognoscat, ut est tex. ibiq; Io. And. do. Anto. Abb. & alii in c. si pro debilitate. cū si. extra de offi. deleg. Sed in casu nostro ad est huiusmodi cā, & militat eadem ratio, ergo & c. ¶ Secundo ꝑ̄ delegatus Papę, seu Cæsaris potest ēt inuitis partibus auditorem deputare, qui eius noīe tanquam nudus minister audiatur, ut quia fortē ipse iudex non possit per se cognoscere, ueluti est tex. in c. super q̄nū. S. uerū. ibiq; cano-  
 2. nista. extra de offi. deleg. & auth. ad hęc cum ibi not.  
 3. C. de iud. ¶ Tertio ꝑ̄ delegatus principis habet hoc sibi à lege concessum, ut ipse possit non modo totum negotiū, sed ēt unum articulum cāe, & nudū ministerium alicuius articuli mediū subdelegare. l. à iudice. C. de iud. c. pastoralis. in prin. & c. si. in prin. de offi. de leg. qđ quidem procedit ēt non interueniente cōsensu partium, quia illis inuitis p̄t, arg. no. in c. si quis contra clericū. extra de foro cōpeten. cum. n. habeat hoc priuilegium à lege, non tenetur exercendo ius suum requirere cōsensum partium, quia nemini iniuriā facit, qui suo iure utitur. c. cū ecclesia. de elect. & subdelegando alteri negotium totū, uel illius partem non dī fines mandati excedere, ex quo hęc p̄tā à lege habet, ut supra, ita traditur per Abb. & alios in c. sup q̄-  
 4. num. §. quē uerō. in fi. uer. de offi. deleg. & ꝑ̄ hęc procedunt ēt, si princeps cām alicui cōmississet per hęc uerba, q̄ per se ipsum cognosceret, seu examinaret d. c. super q̄nū. §. intentionis. Ex quibus inferitur, q̄ quando princeps committit alicui negotiū, ut per se, uel per se ipsum examinet, & procedat, p̄t mandatū hoc uerē per se, & fictē mediante alio, qui uices suas representet, adimplere, ut in iuribus p̄ allegatis, qđ est ius me notādū ad declarationē. c. cū dilecta. de rescrip. & l. diligenter. ff. mandati. ¶ Quarto cū Cæsar habeat, & possit cognoscere celeriter, & sumariē, ac extraordinariē, & causā ob temporis angustia celeritatē requirat, moraq; sit periculum allatura, profecto examē testium dēt celeriter expediri, ne illud in longius p̄trahendo, prout pars aduersa protrahi studet, & optat, pereat tempus, & cā remaneat indecisa, & cōsequenter contingat, Cæsarē in uanū laborauisse. & ꝑ̄ ubi-  
 5. cunq; ex culpa, & defectu partis possit cōtingere, q̄ iudex in uanū laboraret, p̄t iudex ex suo officio partium cauillationes repellere, & uia eligere, qua mediante cā possit legitime expediri, quia iudicis interest in uanum non laborare, ut habetur per glo. in c. i. de electio. in 6. Item ꝑ̄ ubi mora est periculum allatura, iudex  
 6. p̄t etiam cōtra regulas iuris ad expeditionem cauillatō-  
 7. riam pro  
 8. lare pro